



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Proximus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

facimus, & omnes simili, vt nosmetipsos, affectione tractamus. Cassi. Super. 1. 6. 33.

7 SIMILITVDINES.

Chrysostomi. Vt lux, ita Christianus claritate vite nihil obscuritatis in se habens, non sibi tantum utilis est, sed & aliis. Sal nisi salum reddat, non est sal, sed aliud esse deprehenditur. Sic & fermentum in alios confert utilitatem. Sic nos decet esse in proximos. Hom. 51. in Ioan.

Si mercator, vt rem familiarem amplificet, terroris plena maria nauigat: si opifex, vt rebus suis quicquam adiciant, duros tolerat labores: & nos pariter salutis nostre, salutem proximorum adiciamus, prateritum quum qui sua contentus, negligat aliena, nec suam quidem consequi potest. In praelio enim expedit acie, qui sibi solus consulit miles, nec aliud respicit, quam quomodo possit fugiendo animam suam seruare, is ceteros quoque milites ad perniciem trahit: quemadmodum e contra generosus miles, cum alios tutari cogatur, se quoque ipsum defendit. Hom. 60. in Mat.

Si in rebus secularibus nemo sibi vult solus, sicut opifex, miles, agricola, mercator, ad communem vsum proximi etiam omnes conferunt: multo magis in spiritualibus id faciendum, hoc etiam maxime vita est, aliis prodesse. Nam qui sibi vult, ceteros negligens, & vita eius superuacua est, & ipse superfluus nec homo generis nostri. Ideo ratione atque oratione nos Deus decoratur, mentem & ingenium concessit, manus, pedes, vires corporis dedit, vt his omnibus & nos, & proximos intemer. Homil. 79. in Matth.

In corporibus multos saepe videmus incurabili morbo laborantes, imponemus medicamenta. Quid podagra peius? Quid chirographa incidemus membra? minime: sed aliquod remedium disquiremus, ex quo morbum soluere possumus. Hoc idem in fratribus faciamus, & si grauissime exerceant, curamus medicinam, & inferamus inuicem onera: sic implebimus legem Christi, & promissa bona consequemur. Hom. 67. in Ioan.

Sicut is, qui absque compassione vulnera suorum fratrum spectat, nullum inueniet, qui se dignetur venia, si quando & ipse peccauerit: ita qui cum misericordia lapsum proximi iustificat, si quando & ipse supplantabitur, multos videbit manus porrecturos. Sermon de habenda cura proximi.

Plerumque nobis dormientibus & negligentibus imponit, & idcirco preoccupatus ille magis dignus est, vt condonetur ei, quonia in tentatore captus est. Non enim erat ei manifesta pugna, neque conditio dies belli, sed per ignorantiam deceptus & superatus est. Sic nauis quoque facit, cum per magnum & spaciosum mare nauigant, licet nauis secundo vento feratur, licet omni fruatur securitate: cum tamen viderint, alios vel a longe naufragium facere, non ad propriam spectantes utilitatem, illorum contemnunt calamitatem: sed sicut nauem, & eiciunt anchoram detrahunt vela, eiciunt funes, proiciunt tabulas, vt ille, qui a fluctibus mergitur, forte aliquo illorum arrepto emergat. Sermon de habenda cura proximi.

Vide Char. ras. d. lectio.

Prudentia.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Prudentia Graece φρόνησις, ius φρόνησις, i. prudentia dicitur. Haebraei voces varias viupant, quae sagacitatem, prudentiam, multarum rerum peritiam & praedictionem seu coniecturam certam significant. Est autem prudentia, recta ratio agibilium. Arist. 6. Eth.

Prudentia est mentis virtus, qua de bonis ac malis, quae ad salutem pertinent, bene possumus consulere. Sec. Arist. 1. 2. Rhet.

Prudentia est virtus dirigens ad rationis normam vniuersa cogitat quaeque agit, ac nihil praeter rectum vel laudabile facit. Prudentia sunt, Ratio, Intellectus, Circumspexio, Prudentia, Cautas, & Cautio. ex Macrobio.

Prudentia est rerum bonarum ac malum scientia. secundum Cic. lib. 2. Rhet. Partes eius sunt, Memoria, Intellectus, Prudentia, Quid autem sit vnaqueque; haui duo loco videtur potest.

Prudentia est appendarum & vitandarum rerum scientia. secundum Aug. 1. 3. de lib. arbit.

Prudentia vera & perfecta est qua consilium iudicamus & accipimus quae ad bonorum finem totius vite humane pertinet. totis bonis conuenit. ex B. Thom. secund. qm. 47. art. 1. 3.

Prudentia carnis est, qua quis inordinate allicitur, vel abhorret adhibet carnis delectationem consequendam. Et est peccatum mortale, si in delectationibus carnis finis totius vite continuatur: vnde hoc est veniale. Si autem propter honestam causam fiat, puta, cum comedet coenat, onipot propter corporis sustentationem, nullum est peccatum, nec congruenter diceretur prudentia carnis.

Prudentia nomen sumit a prudentia, sicut a principitate parte. Quia omnia requisita ad prudentiam necessaria sunt, ut aliud ordinetur in finem. ex B. Thom. secund. qm. 49. art. 1.

Prudens & sciens ita differunt, quod prudens est, qui intelligentia sua aliquid cognoscit: sciens, qui alienum iudicium non recipit, hoc est, prudens per se, sciens per alios. Terent. in Eunuch. Et prudens & sciens, quous vidensque perco. ex Donato super Terent. prudens dicitur, cuius prudens, vt est, ipse videns.

Prudentia virtus est de rationali parte manans, ad ea, quae utilitatem tendunt, constituenda idonea. Vel: Est rerum bonarum ac malarum scientia. Cic. lib. 2. Rhetor. Eius proprium est, vt conuentione atque consilio agerentur, inde consilia naturae imitantur. Item manus eius est in consilio res adhibere, bona malisque discernere, & omnia, quae in humana vita deligenda suggerunt, praesentibus omnibus bonis honestis vii, opportunitate procedere, sermone & opera sagaciter vii, rerum omnium vniuersam habere experientiam & memoriam.

Prudentiae contraria, Stultitia & Dementia.

7 DIVISIO.

